Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux
Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ etc: dnus et hæres.

Magnifico Stanislao à Tharnow castellano Zawichostensi Regni nostri thezaurario ac Syradien:
Ostrzeschoviensi Krzeschoviensiq[ue] capitaneo syncere nobis dilecto gratiam nostram Regiam. ~~Mag~~ Magce
syncere nobis dilecte. Habent assignata à nobis salaria annua Magistri nostri bombardarii, quem:
admodum illi asserunt ista. Laurentius Thrier Quinquaginta florenorum. Thiburtius, Hanns Crin
et Stanislaus Klichtha singuli isti tres florenorum Quadraginta numeri Regni nostri, et certarum ul:
narum panni. Cum medietatem prædicti salarii annui pro medietate anni unius præterlapsi sibi iam
à nobis deberi affirmant. Quoniam vero opera eorum ad bellum proximum Livonicum egemus. S: tuam
hortamur atq[ue] ei mandamus, ut absq[ue] ulla mora, accepto prius ab illis sufficienti testimonio, quan:
tum videlicet cuiq[ue] eorum prædicti annui salarii deberemus, illis et pro medietate anni iam præ:
terlapsi, et etiam pro reliqua medietate anni adhuc restantis prædictum salarium annuum integre
persolvat, eisq[ue] nomine nostro præcipiat, simulq[ue] omnem det operam, ut ipsi sine ulla mora et cuncta:
tione ad nos Vilnam pro dominica proxima Palmarum veniant. Nos vero id à S: tua in rationem su:
scepturi sumus. Aliter pro gratia nostra non factura. Datum Vilnæ die XXa Mensis Februarii. An:
no Domini M D L vii°. Regni nostri XXviii°.

Sigismundus Augustus
Rex Mt:

Ad mandatum sacræ
M. R. proprium

Mag^co Stanislao de Tarnow, Castellano Lanchodiensi, Regni nri Thesaurario, ac Siradiensi, Ostrzessowiensis Capitaneo, sincere nobis dilecto.

In absentia eius Thesaurii Notariis.

Solutio salarii Pixidariis Cracoviensis
ex comm: Sac: M. Regie

Ao 1557
Dietis Marcii

Woj. i Miejska Biblioteka Publiczna BIBLIOTEKA Główna w Bydgoszczy
Rkp III 1219/35

469

44